tur, vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Nauarro. cap. 22. num. 12. Silueſt. verbo, Vnctio, & Epiſcopus Angles dicit, ad veritatem huius Sacramēti requiritur, vt medici de infirmi ſalute deſperent, non autem vt ſit omni ſpe deſtitutus, quod docet vſus communis Eccleſiæ & Concilium Florentinum & Triden. ex quibus conſtat hoc Sacramentum non eſſe adminiſtrandum ſuſpendēdis, aut patibulo tradendis. Tandem ſciat Parochus proprium huius Sacramenti miniſtrū eſſe presbyterum rite ordinatum, & ad id habentem auctoritatem, niſi in caſu neceſsitatis quia tunc & ſimplex Sacerdos poterit adminiſtrare.

19 ¶ Circa Matrimonij Sacramētum Parochus neceſſario ſcire debet decretum Concilij Tridē. Seſſ. 24. de reformatione cap. 1. vbi pręcipitur ꝙ antequam Matrimonium contrahatur tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſollemnia publicê denuntietur inter quos Matrimonium ſit cōtrahendum, quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimētum ad celebrationem Matrimonii in faciè Eccleſię procedatur, atq; interrogatis prius viro

& mu